

*Nuptiis*  
CLARISS. V.

DN. MART. ROTHMANNI, P

Scholæ Javoranæ Rectoris,

cum

*Lectiss. Virg.*

MARIA OPITIA,

*Rev. ac Clariss. Viri*

DN. CHRISTOPH. OPITI,

Eccles. Petrovicanæ in Duc. Javorano

Pastoris quond. opt. mer.

FILIA

S.

VRATISLAVIÆ Typis BAUMANNIANIS.



1018388

1018388

Ut Te, Fama, malus, quæ errasti, perdit  
Orcus!

Non, obiisse pium, novimus Opitium:  
Christophorum puto, Teutonici cui nomen Oloris  
illius, hoc Musas qui dedit ore loqui.

Vivit is, ut nunc demum ex te melius scio, SPONSE;  
hujus & ex meritis est tuus ortus AMOR.

Talis Amor, Duce quo Natam in rem Conjugis ur-  
Opitiam Natam, seu magis æger opem. (ges,

Dixit, ut aspexit Generi Socer ora Tobiaë,  
Euge boni germen Filius euge Viri!

Hoc etiam fas est Sponsam acclamare paratu,  
Euge boni germen nobile, Sponsa, Viri! (ma,  
Quin Senior meruit Rothmannus idem addere com-  
Euge! boni Germen Sponsus & ipse Viri est.

Quam fidibus cunctis, cytharâq; sonantius omni  
audit, ubi tali nomine mactus homo est.

Et quis devixisse putet Socerumq; Patremq;,  
quorum jam in scenam ducitur, ecce! genus?

Non est vita, animæ dum durat tenve salillum:  
sed magis integritas post necis ausa manens.

Par charum! in patrios prorsus descendite mores!  
isto, par charum, con-que-venite modo!

Juro

Juro fidem ! thalamus vester planè absq; querelâ  
stabit, & omnigenâ prosperitate fluet.  
Nam quæ tela istis poterant nocuisse, quis hostis,  
pro quibus excubias ordinat ipse DEUS ?

F.

boni ominis ergò  
amicitiæ cum Spp. Parentibus  
memor

GOTF. BAUDISIUS D.  
Illustriss. Pr. Lignicensis  
Consil. ac Cancellar.



**R**OTHMANNE, Aonij cultor laudate vireti,  
Quo viget in patriâ Tyro docente tuus,  
Non satis una schola est ? Aliam quoq; cura palæstram  
Tectis sub patriis urget adire animum ?  
Res bona ! Utrinq; tibi sunt certa parata brabæa.  
Maçte ô fruge scholæ ! Maçte ô amore tori !  
Utrumq; à summo profici scitur hocce Jehovâ.  
Laude suâ schola stat ; pollet honore Venus.

In contractæ noviter amicitiaë  
confirmationem  
hoc quæ vale quæ vale, sincerè tamen  
applaudens,  
Dn. Sponso destinare voluit  
Javoræ

M. LEONHARTUS BAUDISIUS  
Ligius.



1800  
The first of the year  
The first of the year  
The first of the year

1801  
The first of the year  
The first of the year  
The first of the year

1802  
The first of the year  
The first of the year  
The first of the year

1803  
The first of the year  
The first of the year  
The first of the year

1804  
The first of the year  
The first of the year  
The first of the year

1805  
The first of the year  
The first of the year  
The first of the year